

## Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

## Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1857

I. Der Markgraf Otto schenkt der Kirche in Zehdenick eine jährlich Getreide-Rente im Kruge Düratz, am 26. November 1265.	e
Nutzungsbedingungen	

urn:nbn:de:hbz:466:1-54745

## II.

## Stadt und Aloster Behdenick.

1. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen bem Kloster Zehbenick zwei hufen Landes im Dorf Schwanebeck, am 8. April 1257.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Brandenburgenses marchiones, Omnibus in perpetuum. Ut quod rite agitur, iuste ad posteros referatur, Universis Cristi sidelibus tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod nos duorum manforum in villa Swanebeke sitorum, quos sidelis noster Albero, curie nostre marscalcus, monasterio ancillarum Cristi de Cedenic pro anime sue remedio contulit et salute, eidem monasterio contulimus proprietatem perpetuo proprietatis titulo possidendam. Sperantes etiam vt cum eiusdem sidelis nostri donatio sine nostro consensu posset in irritum revocari, a domino, qui est omnium piorum operum sidelissimus retributor, et gratiam consequi et savorem. Et ut bujus nostre proprietatis donatio sirma ipsi monasterio in perpetuum maneat et inconvulsa, presentem paginam conscribi fecimus et Sigillorum nostrorum munimine roborari. Adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: frater hermannus, Lector fratrum minorum de Berlin, Henricus, prepositus de Saltwedele, Gerardus de Kirkowe et alii quam plures. Datum Zpandowe, anno domini MCCLVII, In die sancto pasche.

Rach bem Driginale im Stiftsarchive gu Behbenid.

11. Der Markgraf Otto schenkt ber Kirche in Behbenick eine jährliche Getreibe-Rente im Kruge Düray, am 26. November 1265.

In nomine domini Amen. Nos Otto, dei gratia Brandeburgensis marchio, recognoscimus et presentibus nostris litteris publice protestamur, quod cum consensu filiorum nostrorum
ecclesie in Zedenick unius chori avene proprietatem in taberna ville Doratz contulimus perpetuo possidendam. Et ut nostra donatio suturis temporibus inviolabiliter perseveret, presentes nostras literas in evidens testimonium et robur validum conscribi jussimus et sigilli nostri et silii nostri

fenioris, aliis nostris filiis figilla non habentibus, munimine justimus roborari. Testes hujus sunt: Arnoldus de Bredowe, Henricus de Grobene, Theodericus de Bornen, Theodericus de Nemech, noster advocatus in Spandowe, Albertus de Grobe, Henricus de Thene et alii quam plures. Actum anno domini M°. CC°. LXV°., VI kalend. Decembris, indictione VIII.

Nach bem Originale im Brandenburger Domarchive aus Sefftere Abidrift.

III. Die Markgrafen Otto und Konrad bestätigen bem Kloster Zehbenick ein Vermächtniß von 4 Winspel jährlicher Kornhebung aus ben bortigen Mühlen, am 1. Dezember 1281.

Datem fob feeten dei Theodoriei, apileop: Brandeborgenfis

In nomine fancte et individue trinitatis amen. Otto et Conradus, dei gratia brandenburgenses marchiones, vniuersis cristi sidelibus, ad quos presens scriptum deuenerit, salutem in eo, qui est omnium perpetua uera salus. Quum ea, que pie geruntur in tempore et maxime pro conquirendo merito eternali, ne a memoriis elabantur hominum, expedit descriptione testium et scriptis principum perhennari, ne mater erroris ingrata surrepat obliuio, quatinus suturorum noticie transmittantur; Notum esse cupimus tam suturis quam presentibus cristi sidelibus, quod dum miles fidelis noster, heinricus, dictus glucer agnomine, divina tactus gratia, bene adhuc fanus, pro testamento suo salubriter premeditari disponeret, deo dicatis virginibus sanctimonialibus cenobii Cedlicenfis quatuor choros filiginis, quos a nobis tenens accepit de molendino ciuitatis ejusdem Cedlicensis annis singulis, dedit, maturo nostro consensu diuine pietatis intuitu ac ipsius militis seruicii accedente. Vt ergo retribucio nobis ac nostris sieret heredibus hujus donationis copiofior, ipforum quatuor chororum proprietatem addidimus eifdem virginibus prefati Cedlicensis cenobii perpetualiter possidendam. Hujus rei testes sunt milites nostri Thethardus de Woztrowe, ludekinus de Bekedorpe, Johannes de Nowen, dapifer, frater Theodoricus conversus peccator curie vitumanstorpensis, et alii side digni. Ne vero tam rationabilis predicti h. militis nostri ac nostra donatio possit in posterum a successorum nostrorum aliquo irritari, scriptum presens fieri iussimus et cenobio supradicto tradidimus, ad cautele majoris euidenciam sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum vitumansdorpe, anno domini Mº CCº LXXXIº, in capite Kalendarum Decembris.

Datum per manum domini Meinardi, nostre curie cappellani. Rach bem Original im Besithe bes Stifts.

IV. Ablaßbrief bes Erzbischofs Erich von Magbeburg für alle Gläubigen, welche bie Klosterfirche zu Zehbenick besuchen und ihr Wohlthaten erweisen, vom Jahre 1287.

film Merry gebörigen Pranten behalden 25 veralleiche um 15. Man 1258.

Ericus, Dei gratia Sancte Magdeburgenfis ecclefie Archiepifcopus, dilectis in crifto preposito et Abbatisse totique conuentui Sanctimonialium Ordinis Cisterciensis in Cedenick Sauptis. 1. 28. XIII.